Suscipe pia laudum præconia.
Nostra ut pura pectora sint et corpora.
Te nunc flagitant devota corda et ora.
Tua per precata dulcisona,
Nobis concedas veniam per sæcula.
O benigna ! O Maria ! O Virgo pia !
Quæ sola inviolata permansisti.

Prière pour obtenir miséricorde, et la rémission de ses péchés.

v. Domine non secundùm peccata nostra quæ fecimus arguas nos, neque secùndum iniquitates nostras retribuas nobis.

v. Domine ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum : citò anticipent nos misericordiæ tuæ quia pauperes facti sumus nimis.

v. Adjuva nos Deus salutaris noster, et propter gloriam nominis tui Domine libera nos, et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.